



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

85. Batavi deliberant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1665. *burgicus* miles auxilio Batavorum destinatus in agro *Osnabrugensi* coire significaretur, quatuor mox equitum millia isthic emisit, ut diribitoria, ac delectus quoscunq̄e disjicerent, turbarentq̄e; sed comperto ex rumoribus esse, ad Castra revertuntur. Ceterus autem copias Batavorum *Isalam* trajecit, & *Lochemio* minari, jubet exercitum in *stem* contendere, & confertis manibus tentare fortunam. Jamq̄e *Monasterienfes* *Westerhuicam* usque progressi erant, sed cum *Batavi* occupato jam *Lochemio*, relicta ad *larem* *Grollâ* ac *Bredefurto*, referre pedem, & *Zehlemense* Ericetum, versus *Isalam*, rursus descendere nunciantur, quodq̄e militum *D.*

In hostem movet.

Landgravius Hasso-Homburgensis, tribus septimanis à *Christophoro Bernardo* ad *Celestem* ablegatus, isto tempore abesset, nec *Plurenium* & *Gorgassium* benè convenire, jussu Principis dissoluti, injectâ *Bucholdia* prius *Legione Scharenbergicâ*, in hybernâ mittuntur.

85. *Batavi* deliberant.

Sub id Batavorum exercitus in *lacinia* *Dicecesis* ad *Rhedam* pagum haud longius minus leucæ spatio *Bucholdiâ* distantem, castra facit, deliberatq̄e Civitatis istius obfidionem. Facilem persuadebant *Hambroeckum*, qui Castrum isthic suburbanum, *Bunekottam*, habitabat, & *Ingenhovius* satrapa *Weerdtum*, quorum uterq̄e sub signis Batavis mercibus Nullus

Nullius altitudinis fossas esse, & fundum in iis 1665.
 solidum. Muros vetustiores, nec propu- De obsi-
 gnaculis ullibi extantibus, nec terrâ intus ag- denda
 gestâ munitos. E fossis extimis nullo nego- Buchol-
 tio aquam derivari posse. Interiores vix pe- dia.
 des quindecim latas. Nec ulla extare in op-
 pido tormenta. Contrâ differebat Prade-
 lius; Bucholdiam Legionis integræ præsidio his
 diebus firmatam, constare sibi ex duorum Civium
 confessione. Non vallata quidem mœnia esse,
 sed fossas utring³ præaltas, latiusq³, & aquis ple-
 nas. Ex uno latere diruti partem valli, vâ-
 cerris nunc ab hoste septam; nec dubium relin-
 qui, quin tot armati adversus impetû quemcunq³
 strenuè se defensori sint. Fateri se quidem expu- Pradelio
 gnabile oppidum, sed certo temporis intervallo. dissua-
 Sinusitato more accessus, receptusq³ parari, sug- dente.
 gestus erigi, tormentis mœnia aperiri debeant,
 fermè sextiduum requiri. Et unde interim
 armentis pabulum, quale intra duo circum mil-
 liaria offendi nequeat? Id ante curari, aut ob-
 sidium intermitteri oportere. Sed nec in Castris
 machinam esse, quâ muri pars sterni possit. A-
 liunde nunc adduci non permittere viarum dif-
 ficultatem. Ipsam adversari asperitatem hye-
 mis, & eas aeris sentiri injurias, quibus homo In hy-
 juxta ac pecus enecentur. Nec habere qui- berna se-
 dem, quo se tegant: Imprudentis esse inchoare cedunt.
 obsidionem, qua inevitabili postmodum necessi-
 tate debeat intermitteri. Quas Pradelij ratio-

nes cum unâ *Nassovia* Princeps, *Rheingravus* ac cæteri Duces probarent, exercitus intactâ civitate, sublatis illicò Castris, versùs *Wesliam* ductus, inque *Clivæ*, *Gelriæ*, *Zuphonia*, ac *Transifalania* Civitates, designataj antè præsidia dimissus est.

86.

Neutrâ-
litas Cli-
væ.

Jesuita
pellun-
tur Em-
brica.

Fridericus Guilielmus Brandenburgi Mæ-
chio & Elector, sub id *Clivos* advenerat, qui
iniquum ratus, si belli istius contagione ditio-
nes suæ corripere, primas esse curas vo-
luit, cum Episcopo & Rep. convenire, ne præ-
sidiarij Civitatum *Clivæ*, *Monasteriensibus*,
nec hi contrâ terris suis, aut istarum Urbium
præsidis nocerent. Et quanquam Bellige-
rantium utraque pars, Religionis causâ nihil
agi, publicis etiam scriptis testata erat: *Cæ-*
tholici tamen *Sacerdotes Groningâ* pulsi sunt,
& *Patres Societatis JESU*, cum studiosâ ju-
ventute, *Embricâ* exesse jussi. Et hi quidem
tametsi *Electoris Brandenburgici*, uti *Clivæ*
Ducis & Principis sui protectionem inclama-
bant, nihilominùs intra viginti quatuor horas
coacti emigrare. Pedestrem inter cohortem
per plateas ducti, non paucis lacrimas excu-
sère. Cura domûs ex *Gubernatoris* indul-
gentia, Fratrum uni relicta est, & alterum Pa-
trem attinuit desperata valetudo; quæ dum
virum biduo post extinxit, supervacaneâ de-
buit sollicitudine, trium antè medicorum te-
stimonio confirmari. Id magni terroris ar-
gu-